Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



96

Siquis liberam uxorem suam sine aliquo uicio
per inuidiam dimiserit. cum .xl. viii. solidis con
ponat parentibus. Mulieri autem dotem suam
secundum genealogiam suam soluat legitime.
et quicquid illa de rebus parentum ibi abdu
xit. omnia reddantur mulieri illi. C.ii.
Siquis liber postquam sponsauerit alicuius
filiam liberam legitime sicut lex est et eam
dimiserit. et contra legem aliam duxerit.
cum .xx. iii. solidis conponat parentibus. et
cum duodecim sacramentalibus iuret de
suo genere nominatis. ut non per inuidiam
parentum eius. nec per ullum crimen eam
dimisisset. sed propter amorem alterius alter
am duxisset et sit finitum inter illos. et post
ea filiam suam donet cui uult. C iii.
Siquis sponsam alicuius rapuerit. uel per suasionem
si eam duxerit uxorem ipsam reddat et con
ponat. lxxx. solidis. C iiii.
Siquis liberam feminam suaserit. quasi ad confu
gium et in uia eam dimiserit. quod baioarii
uuanc stodal uocant. cum .xii. solidis conponat.
Si qua mulier potionem dederit. aut auorsum C.v.
fecerit. si ancilla est. cc. flagella accipiat. Et